

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. I. Quid & quotuplex sit voluntarium, & an non solùm in hominibus, sed  
etiam in brutis reperiatur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

## TRACTATUS SECUNDUS. DE ACTIBVS HUMANIS.

**E**XPEDITO tractatu de beatitudine, incipit D. Thomas aq; de actib; humanis; quippe qui sunt potissima media, quibus haec beatitudo acquiritur, & ut ait D. Bernardus ad cleric. cap. 15. semina aeternitatis: sicut enim arbor & fructus virtualiter continentur in semine, ita & vita eterna in bonis operibus: unde Apostolus 2. ad Corinth. 9: Quis parcer seminat, parcer & meretur, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & miscet. Sed quia prima & generalis conditio aeternam humanae est, ut a voluntate procedant, unde voluntarii nominantur; id priusquam de ipsis actibus humanis in particulari, eorumque principiis S. Doctor differat, agit quæst. 6. de voluntario, & involuntario. Sit ergo

A ipsa cognitione: unde Verbi generatio Divina, scientia simplicis intelligentiae, & alia attributa, vel aetates qui voluntatem præcedunt, & ab ea non imperantur, non possunt dici voluntarii, nisi in propriæ & concomitantia. Ex quo intelleges, rationem voluntarii: unum propriæ conuenientiam actibus voluntariis elicere, vel imperante, saltem loquendo de voluntario perfecto; impetratur enim, ut usua dicemus, in actibus appetitus sensu vi reperitur.

B Confitmatur: Cum voluntarium opponatur involuntario, definitio voluntarii debet excludere omnes causas & conditiones concurrentes ad voluntarium; sed ad involuntarium duae præcipue causæ seu conditiones concurrunt, scilicet violentia & ignorantia: Ergo definitio voluntarii debet ambas excludere: constat autem ex artis, quod esse ab intrinseco excludit violentiam hæc enim infertur a principio extrinseco, cum sit contra inclinationem libet: illa autem ex cognitione finis, excludit ignorantiam, ut patet. Ergo hæc definitio voluntarii legitimæ est.

C Advertendum tamen cum Curielio hic art. 3. dubio unico, quod cum D. Thomas dicit voluntarium esse id quod est a principio intrinseco cum cognitione finis, nomine finis non solam intelligit veram causam finalem, sed etiam terminum vel objectum actus voluntatis, quando ille non habet finem cuius gratia habet, ut cognitio in amore essentiali quod Deus se diligit, & in amore notionali quod producit spiritus sanctus, vel etiam in actu delectationis & quiescentie fine jam adepti, qui fructus appellatur; illud enim, in mea sententia, non est propriæ propter finem, nec finis est actus. De quo supra tractata precedentem dis. 1. art. 2. §. 2.

D Ico secundo: Voluntarium esse duplex: numerum perfectum, & aliud imperfectum, quæ repertii in sola natura intellectuali; secundum vero non solum in hominibus, sed etiam in bruis locum habere. Ita D. Thomas hic art. 2. ubi sic discutit: Ad rationem voluntarii regatur, quod principium actus sic intritum cum aliquo cognitione finis. Est autem duplex cognitione finis, perfecta & imperfecta; perfecta quidem finis cognitionis, quando minus apprehendit res que se finis, sed etiam cognitionis ratio finis, & proportio eius quod ordinatur ad finem ipsum, & talis cognitione finis competit sola ratione animali: imperfecta autem cognitione finis est, quia in finem non apprehensionis consistit, sive hoc quod cognitione ratio finis, & proportio actus ad finem, & talis cognitione finis non peritur in bruis animalibus per sensum & operationem naturaliem. Perfectam igitur cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, ut scilicet apprehensio finis aliqua potest, deliberari de fini, & de his que sunt ad finem, moveri in finem, vel non moveri; imperfectum autem cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem imperfectam, scilicet apprehensionem finis, non deliberat sed subiungit, vel non subiungit. Unde soli nature rationali compendiunt voluntarium secundum rationem perfectam; sed scilicet

### DISPUTATIO I.

#### De voluntario & involuntario.

Ad questionem 6. D. Thoma.

**C**UM eadem sit contrariae doctrina, in hac disputatione primo agemus de voluntario, secundo de involuntario, tertio de mixto ex utroque.

#### ARTICULUS PRIMUS.

Quid & quotuplex sit voluntarium: & an non solum in hominibus, sed etiam in brutis reperiatur?

I

Dico primò: Voluntarium est id quod procedit a principio intrinseco, cum cognitione finis. Ita communiter Theologici cum D. Thoma hic art. 1. post Aristotelem, Gregorium Nisensem, & Damascenum, quos S. Doctor ibidem refert.

Explicatur hæc definitio: Voluntarium dicitur actio procedens a principio intrinseco, ut distinguatur a motu violento, qui est a principio extrinseco, ut dicitur 2. physic. Additur cum cognitione finis, ut distinguatur a motu naturali, cum quo convenit in prioribus particulari, quæ prouinde habent locum generis/naturæ in unum plantatum, motus gravium & levium in proprium centrum, & similes motus, verè procedunt a principio intrinseco, nempe ab anima vegetativa, & a gravitate vel levitate, sed non cum cognitione, & ideo non sunt voluntarii, sicut nec illi aetates intellectus, qui sic piæ dicit voluntarium, ut ab illa non imperantur, quia non suppontur cognitionem ut sui causam, sed potius suarum

rationem imperfectam competit etiam bruto. Quibus A  
verbis S. Doctor utramque partem nostrae con-  
clusionis & docuit & probavit: unde ulteriori  
probatione non indiget.

Sed quares, utrum voluntarium univocè vel  
solum analogicè dicatur de homine & de bruto?  
Respondeo univocè de utroque praedicari. Ra-  
tio est, quia bruta convenientiunt univocè & gene-  
rica nobiscum in gradu & ratione cognoscitivi:  
Ergo etiam in ratione appetitivi, seu voluntarii.  
Consequens pater: quia appetitus sequitur  
cognitionem, & juxta modum cognitionis est  
modus voluntarii & appetitivi, ut ex D. Thoma  
jam vidimus: Ergo ubi ratio cognoscitivi est uni-  
voca, etiam ratio voluntarii seu appetitivi uni-  
voca erit. Antecedens vero probatur: Bruta &  
homo continent sub eodem genere & gradu  
animalis: Ergo & sub eodem gradu cognoscitivi.  
Consequens pater: nam animal, quod uni-  
vocè se habet ad utrumque, est vivens sensibile:  
Ergo & vivens cognoscens; sentire enim cognos-  
cere est: Ergo quæ convenientiunt univocè in ratio-  
ne generica animalis, convenientiunt univocè in  
ratione cognoscitivi.

Dices: Voluntarium dicitur à voluntate: Sed  
voluntas non reperiatur in brutis, nisi metaphori-  
cè, sicut filius in patre: Ergo nec ratio volunta-  
rii.

Respondeo, voluntarium dici quidem à vo-  
luntate, ut ab eo a quo nomen imponitur, tan-  
quam à principaliori in genere appetitū, non ta-  
men significare solum actum ab illa elicitem,  
sed etiam actum elicitem ab appetitu sensitivo  
huiusmodi: quia aliud est id a quo nomen impo-  
natur, & aliud id, ad quod significandum impo-  
nuntur lapis enim, v.g. dicitur à laetando pedem,  
omne tamen quod laetit pedem non est lapis.  
Veleiam dici potest, quod voluntarium dicitur  
à voluntate, non specificè sumptu, pro voluntate  
rationali, sed à voluntate genericè sumptu, pro  
ut abstrahit à rationali & irrationali, & solum si-  
gnificat appetitum elicitem, ut regulatum co-  
gnoscere & sic sumptum voluntarium dividitur  
in duas species, scilicet in voluntarium per-  
fictum, quod in solo homine reperitur, & in vo-  
luntarium imperfectum, quod convenit etiam  
bonis, sicut etiam animal, seu vivens sensibile,  
in perfectum & imperfectum dividitur.

Ex dictis colliges, hanc definitionem voluntarii  
ab Almaino traditam: Voluntarium est actio  
vel omissionis, qua ita est in potestate agentis, ut positis omni-  
bus requisitis posset eam ponere vel non ponere, non es-  
se legitimam; illa enim solum convenit actibus  
libertatis; voluntarium autem latius & universali-  
us se habet quam liberum; nam convenit puen-  
tibus, amenibus, & brutis, quibus tamen non  
convenit libertas, ut ex Aristotele docet Divus  
Thomas hic articulo secundo in argumento, sed  
contra item in beatissimorum beatificis, & fructu  
ultimis suis, sunt actus omnino necessarii, & ta-  
men sunt perfectè voluntarii, ut patebit ex di-  
cendis articulo sequenti.

\* \* \*

## ARTICULUS II.

An ratio voluntarii perfectius reperi-  
atur in actibus liberis, quam in  
necessariis?

**A**FFIRMANT Vasquez hic disputatione  
23, capite 4. Salas, & Lorca, citantes Alma-  
num, Conradum, & alios, Negant verò Cajeta-  
num, Medina, & alii Discipuli D. Thomæ. Pro re-  
solutione,

Notandum est, ex duplice capite posse con-  
tingere quod aliquis actus sit necessarius: primò  
ex imperfectione cognitionis; quo pacto mo-  
tus primò primi & indelibera in homine sunt  
necessarii: secundo ex summa perfectione co-  
gnitionis, quae repräsentat objectum ut in se  
est; & sic amor beatificus est necessarius, quia  
regulatur pervisionem beatam, quæ tollit in-  
differentiam objectivam judicii, & Deum ut in  
se est claram voluntati repräsentat. Hoc præmis-  
so, sit

## §. I.

Vera sententia statuitur.

**D**ico igitur: Actus necessarios ex perfectione  
cognitionis, esse magis voluntarios, quam  
actus liberos.

Probatur primò conclusio: Deus necessario 9  
seipsum amat, & liberè diligit creaturas: Sed a-  
mor quo seipsum diligit, est magis voluntarius,  
quam amor quo diligit creaturas: Ergo actus ne-  
cessarius in Deo est magis voluntarius quam a-  
ctus liber. Major pater, Minor probatur. Amor  
quo Deus seipsum diligit, est major in ratione  
amoris, quam amor quo liberè diligit creaturas:  
Ergo etiam est major in ratione voluntarii. An-  
tecedens est certum: quia Deus magis amat sei-  
psum, quam creaturas; amat enim seipsum, ut  
summum & infinitum bonum, creaturas vero,  
ut bonum aliquod limitatum & finitum. Confe-  
quentia vero probatur. Amor in ratione amoris  
est essentia voluntarius; cum amor inhibita-  
lius sit quam quoddam pondus & inclinatio  
voluntatis, juxta illud Augustini in confessioni-  
bus: Amor meus pondus meum, amore feror quo cumque  
feror: Ergo si amor quo Deus seipsum diligit, sit  
major in ratione amoris, amore quo diligit crea-  
turam, erit etiam major seu perfectior in ratione  
voluntarii. Simile argumentum fieri potest de  
amore notionali, quo Spiritus sanctus produci-  
tur: absurdum enim videretur dicere, quod pro-  
ductio creaturarum sit magis voluntaria in Deo  
quam hujus divinioris spiratio.

Respondeat Vasquez, amorem quo Deus sei-  
psum diligit, & quo Spiritus sanctus producitur,  
excedere amorem quo diligit creaturas, non in  
ratione voluntarii, sed ex parte objecti: quia sci-  
licet Deus amat seipsum ut haber omnino eadem  
rationem boni, creaturas vero ut bonum ali-  
quod finitum, particulare, & indifferens.

Sed haec responsio magis confirmat, quam in-  
firmit rationem adducit: quia perfectio amo-  
ris sumitur ex ordine & intencione habitudine ad  
objectum: Ergo quod perfectius erit tale objec-  
tum, sed perfectior erit amor in ratione amoris